

Ubi ut una desolata, festinant ad aliam,
 Et contendunt tranquillo ad alta palatia,
 Ubi stabat rex Timotheus satis miserabilis,
 Qui despiciebat ^{eum} ~~se~~ ut insuperabilis.

Subit portas aperire et leones solvere,
 Ut turbarent Christianos pugnae impio.
 Sed conversi sunt leones ad honorem gloriae;
 Nam vocantur sacrae in laude victoriae.

Hic venit tibi Plax magnum infortunium;
 Nam hic perdis caput orbis et coronam iuvenum.
 Cadit Agorice comes omnium pulcherrimus,
 Dolor magnus Plaxorum et planctus miserimus.

Nam cum omnes
 Paraconi erupissent subito,
 Sustinet hic mille viros cum asta et dypso.
 Cum nescit cessare loco et recusat fugere,
 Mille ceteris Paraconis cadit ante iuvenes.

Hic inproponunt illum subito et ad naves deferunt.
 Plangunt omnes super illum quasi in agoniam.
 O detus et dolor magnus Plaxorum! Plaxorum omnium!
 O confusio triumphi et magnum incommodum!

Odus noster atque princeps cum corde fortissimo!
 Similatus rex Grecorum regi nobilissimo,
 Qui sic fecit, ut audiret ^{via} ~~corde~~ responsum Apollinis.
 Nam ut sui triumpharent sponte mortem subit